Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35145
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

tui et inuenies gratiam et disciplinam bonam
coram deo et hominibus. Tu ℣. Fili mi
Pone fiduciam in domino ex toto corde tuo et
ne innitaris prudentiae tuae. In omnibus viis
tuis cogita illum. et ipse diriget gressus tuos.
Ne sis sapiens apud te metipsum. Timete do
minum et recede a malo. Fili honora dominum
de tua substantia et de primitiis frugum tuarum
et implebuntur horrea tua saturitate et vino
torcularia redundabunt. Tu ℣. disciplinam
ne abiicias nec deficias cum ab eo corriperis.
Quem enim diligit deus corripit. Et qui pater
in filio complacet sibi. Beatus homo qui inuenit
sapiam et qui affluit prudentia. melior est
acquisitio eius negotiatione auri et argenti pri
mi et purissimi fructus eius pretiosior est cui
bus opibus et omnia quae desiderantur huic
non valent comparari. Tu ℣. dominus sapientia
fundauit terram stabiliuit celos prudentia.
Aquam illius erumpere abyssi et nubes
ro re concrescere. Fili mi ne effluant hec ab
oculis tuis. Custodi legem atque consilium et
erit vita animae tuae et gratia faucibus tuis.